



**CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]**

**Petrus <de Natalibus>**

**Lugduni, 1508**

De translatione sancti Marci euangeliste. Cap[itulum]. lxi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

De sanctis in mēse ianuarij occurrētibus Folio. liij.

De sancto Hippolito martyre. Cap. lx.



**H**ippolit<sup>9</sup> martyr

apud antiochiā passus ē. Quī pmo quidē nouari scismate er-  
ronco aliquatū decept<sup>9</sup> exti-  
tit. Deinde xpi gratia operāte  
ad charitatē ecclie redijt. Pro qua et in q̄ tādē  
illustre martyriū cōsumauit. v. kalē. feb:uarij.  
Voc Hieronymus in martylogio suo.

De translatione sancti Marci euang-  
geliste. Cap. lxi.



**T**ranslatio

corpis sancti mar-  
ci de vrbe Alexan-  
dria ad ciuitatē ve-  
netiarum facta est tēpore leo-  
nis imperatoris et iustiniāni ve-  
netoz ductis āno dñi. cccclxxv.  
Nā postq̄ saraceni vniuersam  
egyptum et alexandriam inua-  
sissent: leo imperator omnib<sup>9</sup> im-  
periū fidelib<sup>9</sup> iussit: vt nullus negotiū causa ad  
terram egypti pertingeret. Quod iustiniānus  
dñi pena vite et confiscatione bonozum a suis  
observari mandauit. Eodem tēpore naues de  
cem venetoz ad partes alias nauigātes stante  
contrario vento inuisitibus alexandriā du-  
cte sunt. In quibus erant plures venetoz nobi-  
les. Inter quos erāt duo clarissimi. Bonus tri-  
bunus methemancheni. et rusticus torcellensis.  
Ibi duo deuotiss<sup>9</sup> causa ecclie beati marci in  
litore posita: vbi et ipsius corpus iacebat visi-  
tare ceperūt: et iam de eo quod postmodū conti-  
git: diuinitus inspirati: cū stauratio monachoz  
theodoro psbytero ipsius ecclie custodibus:  
speciales amicitias cōtraxerūt: et cum ambo ex  
grecoz essent genere: theodoz psbyteri vroz  
habentē ac filios: bonus tribunus sibi cōpatrē  
fecerat. In illis diebus regulus quidā sarace-  
no: um babylonie palatium cōstruens: tabulas  
marmoreas etiaz de ecclie surreptas in suo  
edificio componebat: ppter quod multū chri-  
stiani in partibus illis erāt afflicti. Potissime  
autē custodes ecclie sancti marci dubitantes ne  
ecclie sue fieret: quod alijs pluribus iam fie-  
bat: vnde occasione accepta nobiles veneti cus-  
todes illos iam sibi amicissimos secreti<sup>9</sup> allo-  
quūtur: persecuciones paganoz declinare sua-  
dent: et vt corpus sancti marci accipiāt: secūq̄  
pergētes venetas muneribus et honoribus di-  
candi: instantius exhortātur. Quod illi quidez  
primotenus egre ferentes omnino facere bene-  
garunt. Deinde nō super huiusmodi tractātes  
ad simulcem paulatim ad cōsensum inclinari ce-  
perūt. Inter ea cōtingit: q̄ custos cuiusdam  
ecclie alexandrine: tabulam marmoreā elegā-  
tē confrēgerat: ne a ministris illius reguli tol-

leretur: ppter quod ab eis vsq̄ ad mortem fue-  
rat flagellat<sup>9</sup>. Timētes ergo stauratus et theo-  
dozus pari similia: venetis assensuz secreto col-  
loquio prebuerūt: et dies in qua corpus surrip-  
debeat statuerūt. Quo adueniēte ecclie intro-  
gressi: sepulturā latenter aperitū que erat mar-  
morea habens in claustratus per latera p̄ quas  
tabula desuper erat inducta. Corpus autē iace-  
bat sup̄nū chlamyde syrica circūdatū: habēs  
q̄ capite vsq̄ ad pedes sigilla imposita per loca  
quibus ora chlamydis desup̄ iungebant. Ven-  
tentes igit corpus a dorso sciderūt chlamyde:  
vt salua signacula remanerēt: et corpus sancte  
claudse quod erat in p̄mo tumulatum: in loco  
beati marci repositū sicut modo sup̄nū et  
chlamyde circūdatū: vt si forte quis corp<sup>9</sup> san-  
cti marci sublatū diceret: chlamydis signa in te-  
gra falsum esse ostenderēt. Tota autē ciuitate ni-  
mia fragrantia odoris resperfa: dubitantes aliq̄  
ne corpus sancti marci ablatū esset ad ecclie  
conuenerūt: et aperto tumulo corpus inuolutuz  
chlamyde sigillis saluis viderunt: et corp<sup>9</sup> san-  
cti marci putantes ad p̄p̄ta redierunt. Tollen-  
tes ergo corpus veneti in sportam miserunt: et  
ex folijs olerum operuerūt: ac desuper carnes  
porcinas posuerūt. Quod dum saraceni discus-  
sientes vidissent porcinas carnes quas abomi-  
nantur estimantes cancri. i. porcus exclama-  
bant: et expuētes elongabātur: vententes ergo  
veneti ad nauem absconderūt corpus in p̄nāis  
velozum: ne si nauim scrutaretur ab alexandri-  
nis inueniret. Die ergo statuta recesserunt.  
Et stauratus quidem monachus oceanite cum  
illis abscessit. Theodozus nō psbyter timēs  
plebē in litore stantē remāsit: habens iam oia  
sua nauim imposita: cū quibus etia venit quidam  
dominicus monachus comaclei. qui terrā san-  
ctam iustratus repatriabat. Recedētes autem  
ab alexandria: corpus de velis ablatū in nauis  
solario accensis luminaribus honorifice collo-  
carunt. Cum die quadā naues omnes v. nō  
prospero ducerent: naute nauis in qua corpus  
iacebat: ceterisq̄ facta fuerāt aliarum nauium  
enarrat: quidā ex altera naui irridēs dicebat  
q̄ forte alicui<sup>9</sup> egypti corpus eius traditū fue-  
rat: quod illi sancti marci asserēbāt: cōfestimq̄  
nauis vbi erat corpus euāgeliste tāta celeritas  
re se vertit quāta nullus hominū: eā vertere po-  
tuisset: insurgēsq̄ aduersus nauē in qua v. i. le-  
erat: partē lateris eius fregit: nec ide discessit  
donec omnes confiterent beatū marcū ibidem  
iacere. Et dū quidā ex nauis nauis beati mar-  
ci obstinatus: corpus ibidē sacrum iacere nega-  
ret: a diabolo obsessus: tādiū vexat: q̄ diū bea-  
ti euāgeliste corpus confitēs et penitēs: et me-  
ritis liberat. Deinde cū nocte quadā tēpestas  
adesset: nauesq̄ velificātes velocissime ducē-  
tur: nauesq̄ nescitēt quo pergerēt: brūs marc<sup>9</sup>  
dñico monacho in somnis apparuit: etq̄ iussit  
g liij

ut diceret nautis quatenus velociter vela depo-  
nerent: quoniam terra non longe esset. Qui cum iussa nar-  
rasset: velis depositis: facta aurore apparuit in  
sula scroalis: cunctique beato euangeliste gratias  
agunt. Et cum illi factum per viribus occultarent:  
quocumque pueniebant ciuitatum et locorum populis  
eisdem occurrerent dicente sibi reuelatum a domino  
quod corpus sancti marci deferreret: et adorato corpo-  
re munera offererent. Venientes itaque ad huma-  
chum ciuitatem hystrie: iustiniano ducto: omnia gesta  
inimantur: offerentes sibi corpus sanctissimum si-  
eis indulgere vellent: eo quod inuicti transgressi fue-  
rant eius mandatum. Quibus dux clementer re-  
misit: et ut filios cum honore susceperit. Et cum viso  
episcopo et populo ad portum manibus occurrit: cor-  
pusque sanctum digna veneratione suscepit: et do-  
mum ecclesiam fabricare fecit ipsum in proprio palatio col-  
locauit. Dum autem corpus per scalas portaret palatij:  
aliqui a gestantibus sentiebant ut onus grauissimum  
et impotabile: aliqui vero agillimum atque leue.  
Ordinavit autem dux clericos et catones qui cor-  
pus sanctum continue custodiret: et diuinitus laudibus  
honoraret. Inter quos stauratus monachus  
primus erat. Sequenti vero anno theodorus presbyterus  
ter venetias venit: et digne honoratus fuit. Cum  
autem iustinianus dux ecclesiarum beato euangeliste fabricis  
care disponderet: morte puenitus est. Quod germa-  
nus eius iohannes ducatum suscipiens deuote ad-  
implere curauit: constructaque solenni ecclesia corpus  
sacrum ibidem digna veneratione recondidit. Cuius  
translatio celebratur. non kalendas februarii: quo die  
corpus sanctum venetias delatum peruenit.

De sancto Detrano martyre. Cap. lxxij.

**M**etranius martyr apud alexandriam passus  
est. Quo nolente impia iherosolimitana  
ad iussione paganorum omne corpus  
eius fustibus colliserunt vultumque  
ipsius et oculos acutis calamis res-  
rebrantes extraxerunt cum cruciatibus expulerunt.  
Ibis spiritum qui in eo superat: lapidibus eiecerunt  
non kalendas febr. hec Hieron. in martyologio suo.

De sanctis Elyro et Johanne mar. Cap. lxxij.

**E**lyrus et Johannes  
martyres rome martyrius passi  
sunt. Quo tempore aut sub quo in-  
dice: sen quibus tormentis affli-  
cti fuerint: aut examinati in mar-  
tyologio non exprimitur: nec alicubi scriptum inue-  
nitur nisi quod ecclesia romana eorum festum non kalendas febr.  
recolit: et in kalendariis ascribit.

De sancto Ignatio episcopo et martyre. Cap. lxxij.

**I**gnatius episcopus  
antiochenus et martyr discipulus  
Johannis euangeliste fuit: qui ter-  
tius post beatum petrum apostolum  
antiochie pontificatum tenuit, hic

beate virginis valde dilectus: eisdem adhuc in car-  
ne existenti deuota epistola scripsit: et ab ea res-  
poncione eius sanctis manibus scriptam obti-  
nuit. Hic ut in triplicita legitur: audiuit angelos  
cantantes antiphonas super montem quedam.  
Et extrunc instituit antiphonas in ecclesia decem  
partes: et psalmos secundum antiphonas intonari. Quis  
autem pro pace ecclesie exoraret: non suum: sed  
infirmorum periculum metuens traiano imperatori  
de victoria redeunti et christianis morte commina-  
ti occurrit: et libere se christianum esse dixit. Que tra-  
ianus ferro vincitum decem militibus tradidit: et roma-  
mam adduci precepit: comminatus eisdem quod traderetur  
bestiis deuorandus. Qui ad omnes ecclesias  
epistolas destinabat: et eos in fide christi profes-  
tabat. Cum autem roma adductus fuisset: et dudum  
a traiano suavis deus sacrificare renuisset: pluribus  
barbis primo in scapulis durissime cedidit: deinde  
ungulis lateribus laniatus: et duris lapidibus eius  
vulnera confricatus. Et cum in his omnibus immobili-  
ter permansisset: fecit cum imperator nudis pedibus  
super accensos carbonem ambulare. Et cum illesus  
egressus esset: et hec traianus arti magice deputaret:  
dorsum eius iussit vinculis ferreis lacerari: et  
ad osium denudatione: deinde plagas eius sale  
perfundi. Sicque dudum cruciatum et patetissime  
supplicia tolerantem vinculis ferreis in cippo se-  
dit alligari: et in uno carceris tenebroso fame et  
siti per triduum cruciari: et post triduum decreuit de-  
uorandum bestiis subijci. Tertio igitur die imperator  
et senatus omnesque populus puenierunt videre episcopum  
antiochenum cum bestiis pugnaturum. Cui imperator  
expositos duos leones ferocissimos la-  
ri precepit. Quos ille puocabat: ut ad se deuoran-  
dum accederet: mirantibus cunctis et ipso impe-  
ratore constantia viri. Accurrerent ergo duo se-  
ui leones ipsum trismodo profocauerunt: carnes autem  
eius quis famelicus nullatenus tetigerunt. Traia-  
nus autem hoc videns admiratus discessit: precipiens  
ut non prohiberetur: si quis vellet tollere corpus eius.  
Quod christiani auferentes honorifice condiderunt.  
Cum autem traianus quosdam liberos a prefecto orientis  
recepisset: in quibus christianos quos imperator occi-  
di iusserat plurimum commedebat: doluit de his qui  
ignatio itulerat: et precepit ut nullus christianus decete-  
ro inquireretur: si quis tamen occurreret puniret. Les-  
gus quoque cum beatus ignatius inter tot tormen-  
ta nunquam ab inuocatione nominis iesu christi cessaret:  
et tortores regerentur: cur hoc nomen torques repli-  
casset: et ideo ab eius inuocatione cessare non  
posse. Post cuius mortem quidam qui hoc audierant  
curiosus explorari volentes: cor eius a corpore euellunt:  
et illud scindentes per medium: istis aureis scriptum  
inueniunt: iesus christus. quo viso miraculo plurimi  
crediderunt. Passus est autem kalendas febr. xi. traiani  
anno. Hic quattuor scripsit epistolas in fide ex-  
hortatorias: Ad ephesios primam. Ad magnesia-  
nos secundam. Ad traosios tertiam. Ad romanos quartam.